

bulo, sed Iulio & Cæsare Coss. gestum,
scriptis mandarent, Hinc vulgati mox si-
ne auctore versiculi:

Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare
gestum est.

Nam Bibulo fieri Consule nil memini.
Et hæc inuidiosa magis quam obsecra;
contrà illa turpissima. Adolescens admo-
dum, adhuc Sylla superstite, cum fortunæ
suæ nauigium patræ tempestatibus nu-
per agnosceret, secessit Asiam petens, at-
que apud Nicomedem Bithyniæ regem
paulò familiarius subsistens, ex leuissima
causa, grauissimā & inexpurgabilem con-
traxit infamiam, tanquam adolescentiæ
flore prostrato regiæ libidini, hinc suspi-
cio pro veritate suscepta, & omnibus sine
fine non tam iocandum quam obrectan-
dum materia data est. Coss. ingenti pa-
trum repugnantia Galliam prouinciam
obtinuerat, hinc immodicè latus, magna
Senatus frequentia, linguam frænare non
valuit, mœstis & nolentibus inimicis, se
quod optasset consecutum dictans, cum
etisque vices odij redditurum. Vbi cum
quidam eas minas ægrè ferens, id nulli
fœminæ facile fore dixisset: satis habuit
mordacem iocum, urbana responione